Catholic Church. Liturgy
and ritual
Psalterii versionis
interlinearis vetusta fragmenta
Germanica

PT
4846
C35

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

purchased from the
FORD FOUNDATION GRANT

for

EAST EUROPEAN STUDIES

PRACE KOMISJI JĘZYKOWEJ
POLSKIEJ AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI NR. 11.

PSALTERII VERSIONIS INTERLINEARIS VETUSTA FRAGMENTA GERMANICA

EDIDIT PRAEFATUS EST NOTISQUE ILLUSTRAVIT

DR. LUDOVICUS ZALEWSKI

W KRAKOWIE
NAKŁADEM POLSKIEJ AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI
SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNIACH GEBETHNERA I WOLFFA
WARSZAWA – KRAKÓW – LUBLIN – ŁÓDŹ – POZNAŃ
1923

PT
A846
C35

Drukarnia Uniwersytetu Jagiellońskiego w Krakowie, pod zarządem Józefa Filipowskiego.

PRAEFATIO.

Fragmenta huius versionis, quae nunc publici iuris facimus, ligaturae libri Heinrici Eggestein: Concordia discordantium Canonum, Argentorati anno 1472 editi, ex interiore parte agglutinata, quattuor membranis continentur [1]).

Quem librum una cum aliis sub finem saeculi XVII Franciscus Rayszewicz vel potius Rajszewic, tunc vicarius provinciae Russiae, dono dedit monasterio Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci de observantia, dictorum Bernardinorum, in pago Radecznica sito, miraculosa imagine sancti Antonii Paduani claro, atque propterea Ad montem sancti Antonii dicto [2]).

Quod ad patrem Rayszewic attinet, notum est, virum scientia omnibusque virtutibus praeditum summis in provincia O. F. M. s. Francisci honoribus vicarii et ministri functum [3]) librorumque amantem fuisse, quibus ille monasteria ordinis sui libenter donabat.

---

[1]) Ligatura est saeculi XV, tabulae ligneae corio porcino sunt obductae, nunc coloris squalidi flavi, delineamentis et plantis impressis ornatae, munimentis aeneis partim conservatis. In libro multae paginae excisae deficiunt. Cfr. Hain, Repertorium bibliographicum, No 7884.

[2]) In prima pagina textus incunabuli haec inscriptio legitur: »Pro bibliotheca Montis sancti Antonii applicat frater Franciscus Rayszewic, vicarius provinciae Russiae«. Monasterium Radecznicae O. F. M. de observantia, quod saeculo XVII ad illam provinciam pertinebat, olim in terra Chelmensi, nunc in districtu Szczebrzeszinensi palatinatus Lublinensis, situm est.

[3]) In parte chronicae O. F. M. sancti Francisci de observantia monasterii Lublinensis, inscriptae: »Cathalogus fundatorum, confratrum et benefactorum conventus Lublinensis Fratrum Minorum sancti Francisci de

Ubi et quando fortuna fragmenta nostra cum illo libro iunxerit, ignoratur. Itemque ignotum est, unde et quomodo volumen eiusque tegmen una cum agglutinatis fragmentis in Poloniam atque in manus P. Francisci Rayszewicz pervenerit, sed facile conici potest librum ex Germania, ubi impressus esset et unde libri in Poloniam inveherentur, advenisse[1]). Attamen cum medio atque exeunte saeculo XVII monasteria O. F. M., quae in palatinatibus Podlachiensi atque Lublinensi sita erant, libros suos ex Batavia obtinerent[2]), probabile etiam videtur, etiam librum nostrum illo tempore inde in Poloniam pervenisse. Quod si verum est, etiam membranae tabulis ligneis tegumenti in Batavia agglutinatae esse liberque, cuius illae chartae fuerunt, ibidem latuisse videntur.

---

observantia, dictorum Bernardinorum«, aliquot locis mentio fit de Patre Rayszewicz, e. g. charta 27: »Anno Dni 1669, die 21 mai celebratum fuit capitulum in conventu Lezayscensi officium provincialatus resignante admodum reverendo Patre Francisco Rayszewic, doctore ac pradicatore generali, viro variarum linguarum experientiam habente, mansueto ac religioso«. Vide quae Wadowski in libro cui titulus: »Kościoły lubelskie« ed. Cracoviae 1907 pag. 515, de ea chronica dixit.

[1]) De mercatura quam saeculo XVI Polonia cum Germania, imprimis Cracovia cum Francofurto faciebat, cfr. Comitia sapientum... scriptore I. Patricio Cracoviae 1628 p. 101—102. In dorso libri intra tabulas ligneas ligaturae et corium, quo illae obductae sunt, duae tenues fasciae membranae ad librum ligandum adhibitae, adhuc conservatae sunt. E fasciarum qualitate patet, eas particulas non eiusdem libri membranacei fuisse, cuius quattuor chartae tegumenti tabulis agglutinatae nunc viris doctis ante oculos ponuntur. Utraque fascia textum germanicum continet, cuius scriptura ad XIV, vel ad XV saeculum pertinet.

[2]) In bibliotheca seminarii dioecesani Lublinensis in operibus Cornelii a Lapide, olim ad bibliothecam O. F. M. strictioris observantiae in Węgrów pertinentibus, invenitur inscriptio: »Ex legato Hovmanij (vel Hermanij?) custodis et pastoris Amstelodamensis. Obiit 17 Octobris 1666, oretur pro eo«; et alia posterior: »Pro conventu Węgroviensi PP. Reformatorum comparatus a Patre Ful (gentio?) 1686 a. florenis 60«. Etsi P. Rayszewicz monachus O. F. M. de observantia fuit, sed affinitas regulae atque monasterii Węgroviensis cum Łukoviensi, Lublinensi, Radecznicensi, ubi P. Rayszewicz aliquot tempus vitam agebat, proximum mutua commercia sine dubio faciliora efficiebant. De bibliopolarum Batavorum mercatura cum Polonia cfr. Lelewel: »Dzieje bibljotek« s. l. et a., pag. 147 et sq.

Utcumque est certum videtur, fragmenta ligaturae iam agglutinata in Poloniam pervenisse, atque hic neque P. Rayszewicz nec monachos O. F. M. Radecznicenses chartas agglutinatas magni momenti fecisse; omnino enim liber raro in usu erat, ut paginae mundae testantur.

Post anni 1863 Polonorum rebellionem oppressam imperatoris edicto anno 1864 omnes monachorum conventus in Russiae imperio aboliti sunt, itemque monasterium Radecznicae clausum, bibliotheca vero seminario dioecesano Lublinensi est assignata [1]).

Negligentia atque eorum ignorantia, quorum curae bibliotheca concredita est, quibusque libri in seminarium transferendi erant, factum est, ut bibliotheca diu sine custodia in Radecznica maneret et multi libri dispergerentur. Illo ipso tempore volumen nostrum una cum agglutinatis fragmentis in manus privatas atque anno ante hoc novissimum maximumque bellum in editoris manus incidit.

Misera libri conditio monstrat, quale periculum imminuerit fragmentis, quae nunc edimus. Multae paginae excisae desunt, membranae autem multis litteris et vocibus laesis lectorum incuria a tabulis vi divulsae, paucis solummodo locis tegumento agglutinatae manebant.

Conservatae sunt IV membranae vel VIII totae paginae exhibentes duo fragmenta, quorum utrumque quattuor paginis constat. Fragmentum continens psalmos 110—115 dilaceratum est a parte dextera ad sinistram; charta cum psalmis 114—115 per totam latitudinem, charta autem cum psalmis 110—111 partim scissae sunt. Altitudo uniuscuiusque paginae est 300 mm., latitudo 230 mm., textus vero altit. 280, lat. 144 mm.

Chartae sunt fragmenta libri manuscripti, qui versionem totius psalterii exhibuisse videtur. Qui liber ligatus erat (sunt eius suendi vestigia) et saltem quaternionibus constabat, in utroque enim fragmento duae chartae mediae desunt.

---

[1]) Archivum curiae dioecesanae Lublinensis, fasc.: »Bibljoteki poklasztorne«. Litterae circulares de die 3 novembris 1866 a. (No 1837).

Scriptus est in membranis lineatis, per duas columnas, perspicue atque satis elegánter, litteris minusculis Carolinis.

Quod attinet ad singularum litterarum ductum haec animadverti possunt:

a semper formam uncialem habet, raro tantum linea a dextra recta esse incipit.

d semper formam rectam habet, rotunda nunquam deprehenditur.

Pro *ae* plerumque *e* vel *e* caudatum.

e habet semper supra additam lineolam, quod si *e* in media voce scripta est, lineola illa cum sequenti littera iungitur.

g supra clausum, infra apertum.

h: dextera rotunda pars huius litterae numquam infra lineam ducta est.

Semel tantum in fine vocis *m* maiusculum scriptum est[1]).

r ductum est paullulum infra lineam, sed non semper.

s semper longum; rotundum *s* non invenitur nisi semel in voce *gens*, ubi superscriptum est[2]).

Pro *w* in textu vetere germanico semper *u* vel *uu* positae sunt; *w* nunquam invenitur.

Lineae longae litterarum *b*, *d*, *h*, *l* saepe formam clavae (»keulenförmige Gestalt«) habent[3]), saepius vero per totam longitudinem aeque fortiter et recte impressae sunt; quo altero modo etiam *i u n m* scriptae. Eaedem illae litterae saepe, praesertim in versibus germanicis, lineolas supra incipientes infraque terminantes exhibent.

Rotundatae atque ovatae formae (»die Rundungen und Ovale«) bene iam evolutae pulchreque formatae inveniuntur.

Ligaturae raro occurrunt; plerumque *s* cum *t* ligatae inveniuntur, etiam inter duas voces ut in collecta post psalmum 110: *nomis-tui*. Semel *k* et *g* inter se ligatae inveniuntur[4]), itemque pauca scripturae compendia.

---

[1]) Vide ps. 114, 9 vivorum.

[2]) V. ps. 32, 12.

[3]) Vide collectas, praesertim illam post ps. 28.

[4]) Ps. 32, 9 *zisprenkgid*.

Litterae plerumque separantur, voces vero non ubique seiunctae.

Ante unumquemque psalmum excepto XXVIII numerus psalmi ordinalis indicatus est.

Unusquisque psalmus littera initiali maiori, unusquisque versus psalmi, qui nova linea incipitur, initiali minori illustratur. Litteras initiales textu vetere germanico iam conscripto pictas esse, ex eo patet, quod nonnullis locis textus litterae versicolore pigmento initialium teguntur [1]). Illuminator coloribus rubro, viridi atque violaceo usus est. Tituli rubro colore scripti sunt.

Si in scribendo textu latino scriptor unam vel aliquot voces ad finem versus in linea collocare non potuit, scripsit eas, ubicunque spatium et locus praebebantur, vel aliquot lineis superius.

Scriptura in universum bene conservata est, praesertim in paginis tegumento agglutinatis, tantummodo dum chartae psalmos XXVIII—XXXIII continentes a tabulis separabantur, nonnullae voces mutilatae sunt [2]).

Atramentum, quamvis hic illuc remissum, in universum bene conservatum, nonnullis vero locis, praesertim, ubi scriptor voce aliqua erasa denuo scripsit, recens nitidumque apparet, ut post ps. 110 in collecta: *Omnipotens deus* etc.

Textum et latinum et germanicum una manus exaravit, quod ex literarum formis ut *g* litterae patet [3]).

Aliarum manuum atque posterioris aetatis sunt solae inscriptiones in ultima pagina fragmenti psalmorum 110—115 in transversum positae, quae cum textu ipso nil com-

[1]) Cfr. ps. 28, 3—5, initiale *V*.

[2]) Quae voces cum membranae particulis minusculis tabulae ligneae agglutinatae manent, lectu tamen sunt difficiles, cum illis membranae particulis reliquis obtegantur. Ut laesionem vitaret, editor hucusque eas non tetigit, quia plerumque, tribus vel quattuor vocibus exceptis, aliis ex locis restitui possunt; si opus sit, chemicis evocari possunt.

[3]) Versus 6 et 7 psalmi 111 in linguam veterem germanicam translatos alia manus scripsisse videtur; litterae minutae, pulcherrimae, lectu faciles; attamen scriptor fortasse novo calamo vel melius temperato usus est.

mune habent: una manus saeculi XV scripsit: *sit deus tibi domino, quod deus in sancta,* altera s. XVI vel XVII vocem lectu difficilem addidit.

Interpungendi signis scriptor utitur his: pro virgula, virgula cum puncto et duobus punctis utitur signo: quod in minuscula Carolina adhiberi solet; pro virgula vel puncto habet punctum in linea vel supra lineam.

Orthographia textus latini medii aevi propria est. Paucis in locis scriptor singulas voces omisit, vel erravit, quae menda interdum correxit.

In psalmo 115 scriptor in altera parte versus 7-mi scripsit: *et in nomine domini invocabo* et haec verba vertit: *endi an noman drohtines anrhopu*; postea autem textum latinum correxit hoc modo: *in* erasit, *e* finali vocis *nomine* erasa *i* mutavit in *e*, ita ut extiterit: *et nomen domini invocabo*, versio tamen germanica immutata remansit.

Scribendi modus textus germanici idem est ac textus latini, tantummodo litterae sunt multo minores atque *ƀ*, *đ*, textui latino ignotae occurrunt.

Scripturae compendia desunt, excepta voce *stemne (steñe)* ps. 28,4 et in voce *hierusalem (hierusalē)* ps. 115, 8, ubi pro *m* compendium positum est.

Versio germanica textui latino iam pridem confecto, in lineis consulto ad id relictis, superscripta [1]), ad verbum facta est; immo singulae quoque syllabae syllabis latinis interdum respondent [2]); raro tantummodo interpres latinarum vocum ordinem mutare audet, *spiritui sancto = heilegan geiste* [3]), *vel ancillae tuae = thin... thinere* [4]).

Vocabulorum germanicorum formae saepe variant: *vota mea = ihet min* et *ihet mine* [5]), *in conspectu = an geinuuardi* et *an geginuuardi* [6]), *mek* iuxta *mik = me* [7]), *sele*,

[1]) Collectae sine relictis lineis scriptae sunt.
[2]) ps. 28, 9. *in habitare = an buen.*
[3]) ps. 110. doxologia.
[4]) ps. 115, 6.
[5]) ps. 115, 5 et 8.
[6]) ps. 115, 5 et 8.
[7]) ps. 29, 1 et 3, ps. 114, 3 et 6.

sule et *siale* = *anima* [1]), *drahtin* et *drohtin* = *dominus* [2]), *et* = *endi* et *ende* [3]).

Vox *Libani* vocabulo *uualdies* vertitur; *cedros*, vox parum nota eius temporis Germanis, vocabulis *ceder boumas* [4]) translata est.

Ultima vocabula versus 7-mi et totius versus 8 et 9 psalmi 111, pariter finis versus 5-ti et initium 6-ti psalmi 115 non sunt translata; interdum deficit versio aliquot vel unius vocis. Supra vocem *erat* interpres pro verbo germanico item *erat* suprascripsit [5]).

Versio e psalterio gallico facta est [6]).

Fragmenta complectuntur psalmos 28, *Afferte domino* et 115 *Credidi propter quod* integros et partes psalmorum: 29 *Exaltabo te domine* ab initio usque ad medium versum 5: *Quoniam ira in indignatione eius* inclusive; 32 a medio versu 9: *ipse mandavit et creata sunt* usque ad finem psalmi; 33 *Benedicam dominum* ab initio usque ad medium versum 4: *Exquisivi dominum et exaudivit* inclusive; 110 *Confitebor tibi... in consilio* a medio versu 9: *initium sapientiae timor domini* usque ad finem psalmi; 111 *Beatus vir qui timet* ab initio ad medium versum 9: *Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet* inclusive; 114 *Dilexi quoniam* a versu 2: *Quia inclinavit aurem suam mihi* usque ad finem psalmi.

Psalmos sequuntur orationes seu precationes collectae,

---

[1]) pss. 29, 3; 30, 20; 33, 2; 114, 5, 6 et 8.

[2]) ps. 111, 1.

[3]) pss. 28—33 semper *ende*, pss. 110—115 semper *endi*, semel tantum in loco eraso et superscripto *ende*.

[4]) ps. 28, 5.

[5]) post psalmum 110 in doxologia.

[6]) Versionem e psalterio gallico factam esse his probatur: in ps. 110 *(Confitebor)* v. 9 verba: *initium sapientiae timor domini* in fragmentis ultima sunt, secundum vero romanum exemplar versum nonum incipiunt; in ps. 111 *(Beatus vir)* v. 7 in fragmentis verbis *donec despiciat inimicos suos* terminatur, secundum vero romanum: *donec videat inimicos suos*.

ex quo patere videtur librum manuscriptum ad orandum destinatum atque breviarium fuisse, versionem autem ad psalmos facilius intelligendos factam esse.

De tempore quaerentibus, scripturae proprietatibus innixi, fragmenta nostra exeuntis noni vel ineuntis decimi saeculi esse respondemus; sed librorum, qui ad linguas litterasque germanicas spectant, penuria coacti, dicere non possumus, quaenam ratio inter fragmenta quae edimus et hucusque notas similes versiones psalterii intercedat.

Certum est, fragmenta non pertinere ad librum psalmorum manuscriptum, quem exeunte saeculo XVI Iustus Lipsius in manibus suis habuit. Probatur hoc varietate formarum et vocabulorum, quae in fragmentis et apud Lipsium occurrunt, sicuti v. g. ps. 32, 12 *in hereditatem* in fragmentis versum est *an aerbi*, apud Lipsium autem *hereditas* = *ereue* (Heyne 262)[1]); ps. 111, 5 *commodat* in fragmentis versum est *giuorsamat*, apud Lipsium vero *liet* (Heyne 636); loci in fragmentis non traducti, apud Lipsium versi sunt v. g. in eodem ps. 111, 10 *irascetur* in fragmentis sine versione relictum, apud Lipsium — *belgon sal* (Heyne 103); ps. 32, 15 *finxit* in fragmentis item non versum, apud Lipsium — *gibilithoda* (Heyne 139) traductum est.

Versionis lingua videtur proxima esse dialecto veteris inferioris Germaniae his illis e dialecto superioris quae dicitur Germaniae admixtis; ceterum in hanc quaestionem inquirent philologi, qui litteris atque linguis germanicis operam dant, quique lingua fragmentorum quasi fundamento usi locum et tempus, ubi quandoque illa orta sint, accuratius definient.

In textu edendo, ut additarum imaginum phototypicarum usus facilior sit, dispositio versuum, linearum, vocabulorum, quae in exemplari est, accurate servatur.

In textu latino fragmentorum orthographia integra servatur additis tamen hodiernae interpunctionis signis; scri-

[1]) Cfr. Moritz Heyne, Kleinere altniederdeutsche Denkmäler, Paderborn 1867. Glossae Lipsianae p. 41 etc.

pturae compendia soluta atque typis inclinatis, cursivis quae dicuntur, notantur vocesque disiunctae sunt. Scriptoris menda in notis adiectis indicantur.

In textu vetere germanico litteris inclinatis transscribendo atque edendo ante omnia operam dedi, ut scripturam exemplaris adamussim exprimerem. Itaque v. g. loco *w* litterae relictum est *u* vel *uu*; verba separata non sunt, ubi fragmentorum scriptor eadem non disiunxit; in syllabas vero divisa, ubicunque scriptor idem fecit. Interpungendi signa, scriptorem sequentes non ponimus, adhibita in notis indicantur. Utrumque compendium, de quo supra monuimus, in transscribendo solutum atque litteris rectis expressum est.

In eodem textu germanico voces litterasque divulsas vel quae ob alias causas legi non poterant, cum prorsus evanuerint, editor aliis locis, ubi occurrunt[1]), innixus supplevit uncisque [ ] indicavit. Voces vel litterae dubiae, quarum tamen vestigia exstant, uncis rotundis ( ) includuntur; quotiescumque neque perlegi nec suppleri poterant, quae deficiunt item uncis rotundis circumscriptae punctis solis notantur, atque quoad id fieri potuit numerus punctorum litterarum numero accurate respondet; ubi res dubia erat, lineolis (---) intra eosdem uncos rotundos positis quae legi non poterant in universum tantum notantur. Verba non translata spatium vacuum relictum demonstrat.

Si in transscribendo textu germanico editor mendas videlicet non evitavit, lectorem rogat, ne obliviscatur, se, quippe non grammaticum, in eo opere faciendo solis scripturae formis, non linguae, usum esse.

Restat, ut gratias agam dri Ioanni Rozwadowski, professori universatis Cracoviensis, qui se benevolentissimum erga me praestitit atque editionem opusculi huius sub auspiciis et sumptibus Curationis grammaticae[2]) Academiae litterarum Cracoviensis ut perficerem, adiuvit.

Item dri Francisco Steffens in Alma Matre Helveto-

---

[1]) in textu vero latino editor psalterio ad voces supplendas utebatur.

[2]) Komisja językowa Polskiej Akademji Umiejętności w Krakowie.

rum Friburgensi, professori meo venerando, qui consilio et opera numquam mihi defuit, gratias me quam maximas debere hoc quoque loco memori animo profiteri volo.

Postremo dri Adamo Kleczkowski, litterarum germanicarum in universitate Posnaniensi professori, qui mihi auxilio fuit in textu germanico legendo, gratias debitas persolvo.

FRAGMENTA.

1ra

Fortitudo omnium, fortissime deus
salva populum tuum a descenden-
tibus in lacum et da nobis in templo sancto
tuo unanimiter nocte ac die
laudes med(ita)tionis tuę refer-
re, ut pacem cum proximis ore profe-
rim(us) (et) cordib(us) (tene)amus. per dominum
ps[al]mus da[vid]

ps. 28. [b](reng)[iaþ] drohtine kind[1] godes brengiaþ
v. 1. Affe[r]te domino filii dei: af[fer]te
[dro]htine kind r(a---)a(.)
domino filios arietum.
[b]ren[gian]t drohtin[e] godliki ende a(e)
v. 2. Afferte domino gl[oriam] et hono-
ra br[en]giant[2] dr[o]htine godlik(i) no
rem, afferte domino gloriam no-
man is to bedant drohtne
mini eius: adorate dominum
[an] [f]r[it][3] houe helegemu is
in atrio sancto[4] [eius].
[s]temme drohtines oþ(e)r uuaz[er] go[d]
v. 3. Vox domini super aquas, deus
maegi(n)(---) hludasade drohtin
magest[a]tis in[to]nuit: domin[us].

[1] littera *d* suprascripta est *g* incipienti vocem sequentem.
[2] *giant* mutilatum, superior litterarum pars sola mansit.
[3] cfr. ps. 115, 8.
[4] scriptum mendose *sca*^{o}.



1ʳb

ouer uuazer meneg(e)
super aquas multas.
[*s*]*temne*[1] *drohtines an krafti stemne*
v. 4. Vox domini in virtute: vox
drohtines an mik(i)ll(ic)hi[2]
domini in magnificentia.
[*s*]*temne droht*[*in*]*es tibrekandies ceder houmas*
v. 5. Vox domini confringentis [ce]dr[os]:
ende tibrikiđ [*drohtin*] [*ce*]*d*[*e*]*r*[3] *houmas uualdies*
et co[n]fr[in]g[et][5] [d]*omin*us cedros libani:
[*e*]*nde gi*(*noriu*)*ađ* (...) *s*(*o*)*so kal*
v. 6. Et commin[uet] [eo]s tamqu[am] [vi]-
uiru [*uualdies*] [*ende*] *liaua titha*
tulos [libani]: [et] dilectus quem-
mu me kind[6] *en h*(*ornir*)*a*[7]
ad[modum] [filius] [uni]corn[i]um.
[*s*]*temne drohtines uiderlig*(*gan*)*de*(*s*)[8] (-)*l*(*o*--)
v. 7. Vox domini intercidentis flammam
(...)*i stem*[*ne*] *drohtines giscuttiandies uuo-*
ignis: vox domini concutientis de-
stenne ende girorid drohtin uuo-
sertum: et commoveb[it] dominus de
stenn[*e*] *cades*
sertum cades.

[1] scriptum est *stēne* per compendium.
[2] vel *mikilluhi*.
[3] litterae *ce* et *e* conservatae sunt in libri ligatura.
[4] lectum in tabula ligaturae.
[5] u. s
[6] u. s.
[7] u. s.
[8] vel *under*...

1va

[*s*]*temne drohtines* (*h-r-z-*)
v. 8. Vox d*omi*ni preparantis cervos,
ende er offenođ ende an
et revelabit condensa: et in
bedehuse is gihuilik quiđit godliki
templo eius om*n*is[1] dicet[1] gl*ori*am.
drohtin flode an buen doiđ
v. 9. D*omin*us diluviu*m* inhabitare facit:
ende siziđ drohtin kunnig an euun
et sedebit d*omin*us rex in aeternu*m*.
[*d*]*rohtin kraftia liude sinemu giƀiđ*
v. 10. D*omin*us virtutu*m*[2] populo suo dabit:
drohtin giuuihit liude sinemu an
d*omin*us benedicet populo suo in
fri đie
pa ce. coll*ecta*
Dona domine virtute*m*
populo tuo et effice nos te*m*plu*m*
sp*iritu*s s*ancti*, ut tibi de corde puro
holocaustu*m* acceptabile prę-
paremus. p*er* d*ominum*.

XXVIIII
psalmus david

[1]) errore pro *omnes dicent*.
[2]) mendose pro *virtutem*.



1ᵛb

ps. 29. (---) (*t*)*hik drohtin huande an*
v. 1. Exaltabo te d*omi*ne q*uoniam* susce-
fengi mik ni gibreidest
pisti me: nec delectasti
fiundas mine ouer mik
inimicos meos super me.
[*d*]*rohtin god min riof toti thi*
v. 2. D*omi*ne d*eus* me*us* clamavi ad te,
ende gi heldes mik
et sanasti me.
[*d*]*rohtin uzgileddes from helliu se*
v. 3. D*omi*ne eduxisti ab inferno ani-
le mine gi helti mik from ni
ma*m* mea*m*: salvasti me a des-
ther uarandiun an grouun
cendentibus in lacum.
[*s*]*ingað drohtine heleganis ende bi*
v. 4. Psallite d*omi*no s*anct*i eius: et con-
giant gihuhti heleg
fitemini memorie s*anct*ita-
domes is
tis eius.
[*h*]*uande torn anunuuerðnussi is*
v. 5. Q*uoniam* ira in indignatione eius:

ps. 32. (---) *gibod ende giscafene uurdun*
v. 9. ipse mandavit et creata *sunt.*
[d]rohtin zisprenkgið[1] *red liudia*
v. 10. *Dominus* dissipat consilia gentium:
forkiusið gi uuisso thonkas
reprobat autem cogitationes
liudia ende forkiusið (---)[2]
populorum, et reprobat consi-
das furistona [*ni*
lia principum. [rationem.
[r]ed giuuisso drohtines an euun
v. 11. Consilium autem domini in æternum
uunað thonkas herzan
manet: cogitationes cordis
is an kunni ende an kun
eius in generatione et gene-
[.]elig thiad thesthe is drohtin god is
v. 12. Beata gens, cuius est dominus, deus eius:
liud than the erkos an aer
populus quem elegit in heredi-
ði imu
tatem sibi.
[f]ron himle gisigið drohtin sae
v. 13. De celo respexit dominus: vidit

[1] *k* cum *g* ligatae.
[2] litterae expunctae sunt.



2r b

[*alle*] *kind* *monn*(*e*)[1]
omnes filios hominum.
[*f*]*rom* *selithu* *sineru*
v. 14. De p*rae*parato habitaculo suo
scauuade *ouer* *alle* *thie* *an bu*
respexit super omnes, qui habi-
oð *aerðe*
tant terram.
thiethe *herzan* *ira*
v. 15. Qui finxit singillatim corda eorum:
thiethe *for staiđ* *alle* *uuerk* *ira*
qui intellegit[2] omnia opera eorum.
[*g*]*ihalden ni uuirđit kuning thur monege kraf*
v. 16 Non salvatur rex per multam vir-
ti *ende* *uurisio* *gihalden niuuirđit*
tutem: et gigans non salvabitur
an *miniu* *krafti* *sineru*
in multitudine virtutis suę.
[*l*]*uinlik*[3] *hars* *zi* *heli* *an* (*n*.:)[4]
v. 17. Fallax equus ad salutem: in ha-
somiđi *giuuisso* *krafti*
bundantia autem virtutis
sineru *gi halden ni uuirđid*
sue non salvabi tur.

---

[1] vel *o*.
[2] *intelligit* mendose correctum in *intellegit*.
[3] cfr. ps. 115, 2.
[4] vestigia litterarum exstant, fortasse *n. k*.

(----------)

v. 18. Ecce oculi dom*i*ni sup*er* metuen-
a(.)*d*(*e*) *ine ende an im thiđie githingiant*
tes eu*m*: et in eis, qui sperant
ouer ginađu is
sup*er* mis*erico*rdia eius.
(.)*haz a*(*re*)*ddie from dode sele ira*
v. 19. Ut eruat a morte animas eo*rum*:
ende fodi sie a[*n*] (---)
et alat eos in fame.
[*s*]*ele user be*(*i*)*dođ drohtin huanne*
v. 20. Anima no*st*ra sustinet dom*inum*: q*uoniam*
helpheri ende biscirmiri unser is(*t*)
adiutor et p*ro*tector no*ste*r est.
[*h*]*uande an imu frouuiđ herze unser*
v. 21. Quia in eo letabitur cor no*strum*:
ende an noman helegemu is githingi uue
et in nomine s*ancto* eius speravimus
[*u*]*uerđe ginođe thin drohtin ouer uns*(*i*)*k*
v. 22. fiat[1] mis*erico*rdia tua [domine super] nos:
tithamume[2] *githingiuue*
que*m*admodu*m* speravimus
an thik
in te. (.)collec*ta*

[1] corr. ex *Viat.*
[2] cfr. ps. 28, 6.



P(a)sce d*omi*ne (--l-b----n)
fame uerbi (et) eripe a-
nimas n*ost*ras de morte
peccati, ut repleti mi-
s*ericordi*a tua aggregari ius-
toru*m* gaudiis te imp*er*-
ante mereamur. p*er* d*ominum*.

[XXX]III psalmus d*avi*d

ps. 33. [*g*]*ihu*(*il*--)[1] [*d*]*rohti*[*nen*] *an allem tidiu*
v. 1. B[en]edica[*m*] d*omin*um in omn*i* te*m*pore:
simlun lob is an mun(*de*) *mi.*
semp*er* laus eius in ore meo.
[*a*]*n drohtine lo*(*u*)*at sele*
v. 2. In d*omi*no laudabitur anima
min gi horien smođie ende
mea: audiant mansueti et
frouiađ [*that selua*
letentur. [id ipsum.
[*m*]*ikilliađ drohtinen midmi ende*
v. 3. Magnificate d*omin*um mec*um*: et
er haebbi [*noman*] *is an*
exaltemus [no]me[n] eius in
[*e*]*rsohte drohtinen ende* (--)*rde*
v. 4. Exquisi[vi] d*omin*um et exaudivit

[1] v. [*g*] *ihu*(*u*..)

3r a

p. 110. *anagin (th)as uuisdomes fo(rh)tia drohtines*
v. 9. initium sapientie timor domini.
for numft god allun
v. 10. Intellectus bonus omnibus
dondiun ine lof is
facientibus eum: laudatio eius
unat an uuerald uueralddi
manet in saeculum saeculi.
Godliki fadur ende sunie endiheilegan geiste[1]
Gloria patri, et filio, et spiritui sancto.
sosome erat ananaginne endi nu
Sicut erat in principio, et nunc,
endi simlun endi an uueraldiu[2]
et semper, et in saecula saeculorum. amen.
raste euuige gef im drahtin
Requiem eternam dona eis domine,
endi liaht euuig liuhttie im
et lux perpetua luceat eis.

collecta

Sanctorum omnium gloriosa confessio deus, tribue nobis timorem nominis tui, quod e(..)

[1] totus versus in rasura scriptus, atramentum nigrius apparet.
[2] vocabulum item in rasura scriptum.



(- -)
dixisti; (- -) tuorum ad
mixti conciliis mise-
ricordie tuae | dapibus
saginemur. per. Alleluja
Omnipotens sempiterne deus, qui pec-
cantium animas non vis perire,
sed culpas, contine quam
meremur iram et quam pre-
camur super nos effunde cle-
mentiam ut de merore in
gaudium perpetuum trans-
feramur. Per dominum.

cxl [1] alleluia
reversionis
aggei et za-
charia
psalmus da-
vid

p. 111. *selihc man the antforhtid drahtin*
v. 1. Beatus vir, qui timet dominum:
an gibodun is uuili filu
in mandatis eius volet nimis.

[1] *l*, quod 50 significat, mendose pro *1*, est enim psalmus CXI.

giuualdighc an erthu uuisit cunni
v. 2. Potens in terra [erit s]emen
is cunni (r)ehttena[1]
eius: generatio rectorum be-
gi uuiduuirthit [*uerald ueralddi*
nedicetur. [*saeculum saeculi.*
godliki endi adas an huse is
v. 3. Gloria, et divicię in domo eius:
endi reht is unat an
et iusticia eius manet in
uprannen[2] *is an thuisternusinn liaht*
v. 4. Exortum est in tenebris lumen
rehtun ginathihc endi ginatheri
rectis: misericors et misera-
endi reht
tor et iustus. [vebitur.
[u]unnisam man the
v. 5. Iucundus homo qui mise-
ginathat endi giuorsamat
retur et commodat, dispo-
uuord sinu[3] *an urdeli*[4]
nit sermones suos in iuditio:
huuanne an euun ni girod[5] *u[ui]rthit*
quia in aeternum non commo-

---

[1] v. rihttena.
[2] scriptum *uprdnnen*, sed statim *d* mutatum in *a* esse videtur.
[3] v. *sine*.
[4] v. *urdili*.
[5] pro *girorid*.

a b



angihufti euuigaru uuisit
v. 6. In memoria aeterna erit
therehta fon ni
iustus: ab auditione mala non
anforhtit
timebit.
gigerugid herze is gitraugian an
v. 7. Paratum cor eius sperare in
drahtine giuasttanad is herze is
domino, confirmatum est cor eius:
ni girorid uuirthit iuuntthat[1]
non commovebitur donec
forsca
despiciat inimico[2] suos.

v. 8. Dispersit, dedit pauperibus: iusticia eius manet in saeculum saeculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

v. 9. Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet:

[1] vel *inuntthat*.
[2] mendose pro *inimicos*.

4ta

huanne ginacgde o(. e) sin [mi] [1]
ps.114. Quia inclinavit aurem sua[m mihi]:
v. 2. *endi an dacgun minun an rhopu thek*
et in diebus meis invocabo te.
[u]mbi bigeuun mik leđ dot
v. 3. Circumdederunt me dolores mor-
thes freson helli fundun mik
tis [2] pericula inferni invenerunt me.
(.)erbithi endi leiđ fand ik
v. 4. Tribulationem et dolorem inveni:
endi noman drohtines anrhiap
et nomen domini invocavi.
[u]uala drahtin er lo si siale mine gina
v. 5. O domine libera animam meam: miseri-
thig drohtin endi reht endi god unser
cors dominus, et iustus, et deus noster
gi nathađ
miseretur
[g]ihaldandi luzile drohtin giađmo
v. 6. Custodiens parvulos dominus: humilia-
digod endi erlosde mek
tus [3] et liberavit me.
[b]ikaerd uuerđ sule min an rae
v. 7 Convertere anima mea in re-

---

[1] cfr. ps. 115, 3.
[2] ante *pericula* deest *et*.
[3] deest *sum*.



ste thine huanne drohtin uuole
quie*m* tua*m*: quia do*min*us bene-
dede the
fecit tibi.
[*h*]*uanne er redde siale mine from*
v. 8. Quia eripuit anima*m* mea*m* de
dothe ougan mine fromtrae
morte: oculos meos a la-
niun fozi mine from falle
crimis, pedes meos a lapsu.
[*u*]*uole likiu drohtine an rikie*
v. 9. Placebo do*mi*no in regione
lib bian dira
vi vo rum
Oblator peccamin*um* d*omi*ne Col*lecta*
q*ui* anima*m* te fideliter invo-
cante*m* velociter co*n*solaris,
rogamus, ut nos a periculis inferni ... tos, in regionem vivorum ablata peccati morte restituas p*er*.

ps[almus david]
[CXV]

4va

[*g*]*ilobde thurthatik s*(*p*)*a ik giuuisso*
ps. 115. Credidi, prop[ter quod locu]tus sum; ego autem
v. 1. *giaðmodigad bim thredo*
humiliatus sum nimis.
[*i*]*k quað an utfardi mineru gihuilik*
v. 2. Ego dixi in excessu meo: omnis
man luinlik
homo mendax.
[*h*]*uat drohtine for allun*
v. 3. Quid retribuam domino, pro omnibus,
thie for giuid mi
que retribuit mihi?
[*k*]*elik heli ant fou endi*
v. 4. Calicem salutaris accipiam: et
noman drohtines an rhopu
nomen domini invocabo.
[*b*]*ihet min drohtine gildu biuoran allemu*
v. 5. Vota mea domino reddam coram omni
liude is diuri an gein
populo eius; preciosa in con-
uuardi
spectu domini mors sanctorum eius.

v. 6. O domine quia ego servus tuus:

a b



ik scolk thin endi sunu thi.
ego servus tuus et filius ancil-
thinere
lę tue
[t]ibreki gibend mine thir
v. 7. Disrupisti vincula mea: tibi
oppraiu opper loƀes endi
sacrifabo hostia*m* laudis, et
an noman drohtines an rhopu
nomen[1] do*mi*ni invocabo.
[b]ihet mine drohtine gildu an geginuuar
v. 8. Vota mea do*mi*no redda*m* in conspe-
di alles liudes is an frit houun
ctu o*mn*is populi eius: in atriis
huses drohtines an middian thin hierusalem[2]
domus do*mi*ni, in medio tui hierusale*m*.
Talis sit q*uaesumus* do*mi*ne vita suppli- *Collecta*
cu*m*, sicut e*st* in conspectu
tuo mors preciosa s*anct*oru*m*, ut
a vinculis peccati liberati
mereamur futuri hie-
rusale*m* gaudia p*rae*libare p*er*.

CXVI psalmus
david

---

[1] correctum ex *in nomine*.
[2] scriptum est *hierusalē*.

ADNOTATIO.

Editor molestissime fert, quod imagines chartarum non satis successerunt. Nonnullae litterae, in chartis bene conservatae, in exemplaribus nostris aut lectu difficiles evenerunt aut plane evanuerunt.

Primas versuum textus germanici litteras, exceptis psalmis 110 et 111, scriptor consulto omisit, cum eas post coloribus picturus esset; quas editor supplevit uncisque quadratis [ ] notavit, ubi autem res dubia videbatur, puncto uncis rotundis incluso (.) signavit.

Denique haec menda editor corrigi vult, quae quod irrepserunt, aegre fert: pag. 8 bis *ihet* pro [*b*]*ihet*; pag. 22, ps. 32, v. 12 pro uncis quadratis [ ] unci rotundi ( ) adhibendi sunt.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PT
4846
C35

Catholic Church. Liturgy
and ritual
Psalterii versionis
interlinearis vetusta fragmenta
Germanica

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 15 11 05 015 2